



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermo de digna Preparat[i]one cordis pro suscipiendo
Sacrame[n]to Eucharistie. R. P. Martini Luther
Augustiniani Vuittenbergensis**

Luther, Martin

[Leipzig], [1518]

VD16 L 5976

Sed hec preparatio/ est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33409

Sermo de digna Preparatiōe

cordis / pro suscipiendo Sacramēto Eucharistie, R.
P. Martini Luther Augustiniani Vuitēbergen.

Confessio
¶ Primo / necessarium est / vt omnia manifeste mortalia cō-
fitearis / atq; doleas. Manifeste dico / quia occulta nemo
scire potest / Iuxta illud Psalmus .xviij. Delicta quis in-
telligit rē.

*magis christo
necessaria*
¶ Secundo. Inter omnia peccata mortalia / precipue in-
uidiam / displicentiam / aut quancunq; proisus amaritudi-
nem cordis erga proximum tuum deponas. Non est enim
aliud peccatum eque huic sacramento aduersum / atq; dis-
cordia. Contrarium est enim / et nomini et rei huius sacra-
menti. Nomen est Communio. Res vnitas cordium / sicut
vna fides / vnū baptisma / vnū dominus / vna spes / ac pro-
sus omnia eadem et communia. Quod et figuratur in spe-
ciebus sacramenti / in quibus multa grana / amissa singulo-
rum differentia / in vnum panem. Item vne multe / amissa
sua quoq; differentia / in vnum vinum redacte sunt.

*inter adu prop
m*
¶ Tertio. Quia iuxta scripturam / Stultus est qui in cor-
de suo confidit / cumq; nullus sit hominum qui non habeat
debitorem / vt / Beatus Augustinus ait. i. nullus est qui nō
inueniat / aut certe non aduertit / vel ignoret sese inuenire
in aliquibus / vel aliquo / quod sibi placeat / desperandū
est tibi de tuo studio / q; non poteris erga omnes amari-
tudinem deponere. Ideoq; iuxta Christi consilium intres cu-
biculum / ores patrem tuum / vt ignorantias tuas non me-
minisse velit / et id per gratiam suam facere / quod tuis viri-
bus non potes / id est. Cor dulce et commune dare.

¶ Sed hec preparatio / est.

*in me do huius ar
e deo*
Remota / etiam confessuro necessaria / et quodlibet sacra-
mentum recepturo. Ideo.

¶ Quarto. Sportet vt animam vacuum et esurientem of-
feras / id est / te plenum multis malis morbisq; anime cō-
fitearis / sicut in veritate es / etiam si forte nō sentias. Nā

vt B. Aug. Iste cibus nihil eque odit ac saturum fastidia
entemq; stomachum. nihil ita querit sicut animam esuri-
entem. vt ipse quoq; dominus Matth. v. Beati qui esuris
unt iusticiam / quoniam ipsi saturabuntur. Item B. Vie
go. Esurientes implevit bonis / et diuites dimisit inanes /
Et ps. cvi. Quia satiavit animam inanem / et animam esu-
rientem satiavit bonis. Dona vero que sunt alia t̄ q̄ ea que
Gala. xv. recitat Apostolus (dicens) Fructus spiritus
sunt charitas / gaudium / pax / paciētia / bonitas / b̄nignitas
mansuetudo / fides / longanimitas / modestia / continentia.
castitas. In his si te sentis deficere / et gemis / optasq; illa
obtinere / securus accede / nusquam enim inuenies illa / ni-
si in isto sacramento.

¶ Corollarium Primum.

¶ Optima dispositio est non nisi ea / qua pessime es dis-
positus / Et contra / Tunc pessime es dispositus / quando
es optime dispositus. Quod sic intelligitur. quod quādo
sentis te miserimum / et egenum gratia / iam eo ipso capax
es gratie / et idoneus maxime. Rursus plus q̄ mortem et
infernum timeas / ne quando sic accedas vt tibi dispositus
videaris / ac dignus quasi allaturus Deo cor mundum / q̄
potius fuerat tibi querendum et recipiendum / Stat firma
et insolubilis sententia. Non est opus medico bene habē-
tibus / sed male habentibus. Nam sicut non tunc / ita
nec nunc Christus venit vocare iustos / sed peccatores ad
penitentiam. Ideo penitentia potius post / quam ante sa-
cramentum digne peragitur. Deus tuus est bonorum tuo-
rum non indigus / sed bonorum suorum largus in te / ve-
nit ad te.

¶ Corollarium Secundum.

¶ Magnus et perniciosus error est / si quis accedat ad sa-
cramentum / ea nixus fiducia / q̄ confessus sit / q̄ non sit si-
bi conscius mortalis peccati / quod orationes et preparatio-
ria sua promiserit. Omnes hi iudicium sibi manducant et
bibunt / quia his omnibus non sunt digni neq; puri / Im-
mo per eam fiduciam puritatis peius poluuntur / sunt autē
puri per fidem / vt sequitur.